

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Canon Vel Constitvtio Silvestri Episcopi Vrbis Romae, Et Domini
Constantini Avgvsti, Qvaliter Ecclesiastici Gradvs custodiantur, vel religio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Præmonitio ad lectorum, in sequentem Synodum.

ANNO
CHRISTI
324

Ex duabus vetustis exemplaribus Canones sequentes descripti
sunt ad verbum, qui multis in locis ob exemplarium depravationem
aut vix, aut omnino non possunt intelligi. Lector boni consulat, &
si quid potest habere certius, communicet.

CANON
VEL
CONSTITVTIO SILVESTRI
EPISCOPI VRBIS ROMÆ,
ET
DOMINI CONSTANTINI AVGUSTI,
QUALITER ECCLESIASTICI GRADVS
custodiantur, vel religio.

TITVL CANONVM.

- I. De congregacione Episcoporum, & diaconorum.
- II. De condemnatione Callisti, Victorini, Hippolyti.
- III. Per singulos gradus, ut nullus crimen obiciat.
- IV. Ut de redditibus Ecclesia quatuor partes fiant.
- V. Ut nullus presbyter chrisma conficiat.
- VI. De diaconis paraciarum, & diaconis cardinalibus urbis Romæ.
- VII. Ut a subdiacono usque ad lectorum, omnes subditi sint diaconi cardinali urbis Romæ.
- VIII. Ut nullus subdiaconus ad nuptias transeat.
- IX. Nullus lector, nullus acolythus vas sacrata contingat.
- X. Nullus Episcopus virginem sacram maritali consortio benedicat.
- XI. Ut nullus ex laica persona ab honore acolythi usque ad episcopatum eleuetur, nisi per singulos gradus.
- XII. Nemo det paenitentiam, nisi quadraginta annorum.
- XIII. De mysterio quodam.
- XIV. Testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat.
- XV. Nemo clericum in publico examinet.
- XVI. Ut nullus clericus vel diaconus aut presbyter propter causam suam intret curiam.
- XVII. Ut nullus peccantem clericum cede attingat.
- XVIII. Ut nullus diaconus aduersus presbyterum crimen afferat.
- XIX. Ut nullus presbyter a die presbyterii sumat coniugium.
- XX. Ut nullus diuidicet primam sedem iusticie.